Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31635
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

re fidelium. Namque sine dilatione optate reddita
sanitati. speciosissimum spectaculum intuentibus
prebuit. utque gratiam referre viderentur. eius loci ha
bitatores ecclesiam deo sub honore beati maximini
ubi eius sacre fuerant reliquie posite condiderunt. Suo
vero vocatur quoddam castellum ad dicionem iam perti
nens treverorum. Hoc ingressis exequiarum baiulis
quedam illic femina maligno spiritu obsessa quere
batur. quod ita treverorum populus beatum illuc maximi
num deportasset cum ei possent sufficere sancti dei.
eucharius. Valerius et maternus nec non agricius
quos demones ut violentos paterentur torto
res. Nec diu teterrimus hostis misera infelicita
te letatus est. Siquidem post premissas voces meritis bea
ti maximini exire compulsus ludibrium sui potes
tate privatus est. Inde ad castellum quod harlonis di
citur prelatis reliquiis. duo leprosi accedentes iam
quantum valeret maximinus felici fama edoc
ti eius imploraverunt credula mente suffragium.
Nec spes eos sua fefellit. Denique mox divina
experti medicina adepti sunt integram sospitatem.

Tot ac tantis divinis celebratis miracu
lis treverorum quondam pontifex maximinus
tunc autem dominus certissimus iam patronus urbi quam
olim egregie rexerat propinquabat. Iam vero vix
credibile fuerat quanta tunc multitudo confluxit.
Obviam presuli tota se civitas effudit rusticorum
ex agris frequens convenit turba. Multi quoque ex
vicinis urbibus occurrerunt. Copulerat hec ag
mina omnium veneratio maximini que pau
linus totius signifer pietatis sua gloriosa deco
rabat presentia. Cremabantur preciosi odores cere
orum copia resplendebat distincte sacrorum acies or
dinum festiva cantica personabant. Ita excep
tum deductumque sanctissimum maximinum insig
nis confessor paulinus in ecclesiam beatissimi eu
angeliste iohannis magnifice sepulture manda
vit. Huc postea cecus quidam a nativitate ex terri
torio beneventano deductus erethon vocabu
lum nomini se a principe apostolorum petro dum rome
spe recuperandi luminis moraretur. apud eius
memoriam fatebatur ut belgicam galliam
peteret ubi sanctus requiesceret maximinus. quod
illius meritis possent ei optate sanitatis gau
dia provenire. Id dum custodi narrasset ecclesie nove

garzpto ad sepulchri penetralia intromissus.
ibi se confestim lucis commercium recepisse mira
tus est. Potuit beatissimus petrus ceco summa fa
cilitate quod petebatur prestare. Verum gloriam
miraculi transferre in maximinum maluit
ut meritorum eius evidenter cunctis panderet
qualitatem. Preterea in cripta ubi ossa venerandi
pontificis condita fuerant interiectu temporis.
aqua ad altitudinem unius cubiti excrevit. Dic
tuque mirabile ita sepulchrum omne suo am
bitu cinxit. ut tamen ab eius crepidine absis
tens non parum intuentibus stuporem incuteret.
Tali venerabiles episcopi hildulfus. clemens.
atque chodptus convenientes in unum et quod
evenerat diligenter examinantes transferen
da beati viri ossa ex memorata cripta et in loco ubi
nunc sita sunt indicaverunt ponenda. Quod quoniam ex
divina voluntate decreverant precedentes
exitus indicavit. His ut opinor non inconve
nienter adicitur. quod quedam femina francana
tione domoque nobilis Rohdora vocabulo cui
tibiam atque pedem humor noxius arefecerat
ad memoriam beati viri accesserat ibique preces
magna cum obstinatione continuans ita ut a
suis ad desperationem obtinende salutis im
pulsa non inde recederet meruit desideratam
diu sanitatem stupentibus cunctis reportare.
Iam vero illud quam est mirabile quod Karolo prin
cipi obtulit. Namque is cum longa febrium vex
aretur molestia. et cibi potusque fastidio in
periculum incurrisset; ei beatus maximinus
capienti somnum apparuit. ut quia se ad suam ab
euntem sequeretur memoriam destinavit. Exper
gefactus. Karolus satellitem qui sibi forte asta
bat percontatur viderit ne beatum maxi
minum qui secum paulo ante contulisset sermo
nem. Illo vero negante immo inquit foras egredi
atque imperavit ut se continuo sequeretur. apud eius
tumulum salutis compos futurus. Ita lectica
illo deportatum et in soporem resolutum sanctus
maximinus iterum alloquitur seque pro illo dominum postu
lasse clementiam ostendit. illum vero ne se ultra
vexari citius admonet. Mox ergo ut evigilavit
Karolus exsurrexit. ac notis promissis in sa
crarium secessit. seque offerendos poposcit.